Iordanus <de Quedlinburgo>: Sermones Dan de sanctis
[Straßburg: Heinrich Knoblochtzer], [nicht nach 1479] Seite 112



testimonium perhibuit eum placuisse deo.
¶ Secundo doctrina sua sana et preclara
testimonium perhibuit eum placuisse deo.
Nam vt scribitur in legenda possidonij ipse
augustinus predicabat atqȝ docebat pri-
uatim et publice cum omni fiducia omnem
hereticum destruens et catholicos instru-
ens infundente ei spiritusancto ineffabilē
graciam mirantibus cunctis desertam eius
facundiam. Cuius famam non ecclia affri-
cana vnde etiam transmarina iam noue-
rat gaudens ꝙ talem ei dominus lucernaȝ
contulerat. cuius verbo et exemplo illumi-
nari meruerat. Ipse nanqȝ sapientie lumē
prefulgidum ꝓpugnaculum veritatis et fidi
munimentum ceteros ecclesie doctores tā
ingenio ꝙ̄ sciencia vicit incomparabiliter.
Vnde cum alij doctores assimilentur stel-
lis ipse soli compatur. vnde in lectōne mis-
se ecclesia de eo legit illud Eccl. quinqua-
gesimo. Quasi sol refulgens sic ille refulsit ī
templo dei. Ipse eniȝ vt legitur scripsit ad
edificatōnem fidei libros triginta mille p̄-
ter alia opuscula innumera. Tanta quippe
scripsit vt non solum diebus ac noctibus eiꝰ
libros scribere quis non posset sed nec lege-
re quidem occurrat. vnde sanctus Remi-
gius Hieronimum et alios quosdam docto-
res cōmemorans sic concludit. Hos omnes
augustinus ingenio et sciencia sua vicit. et
ipse Hieronimus in quadaȝ epistola sua ad
augustinum sic scribit. Certe quicquid dici
potuit et assumi ingenio et de scripturarū
hauriri fontibus a te positum atqȝ desertū
est. ¶ E ¶ Tercō miracula que ipse fecit in
vita ista perhibent testimonium ante etiā
translatōnem istam secundam placuisse deo
Ipse enim egrotantes postulatus libēter
visitabat vt dicit Possidoniꝰ in legēda sua
eisqȝ supplicibus manus imponens facta o-
racione infirmitates eorum sanabat. acce-
perat enim donum curatōnis ab eo qui di-
xit. Super egros manus imponent ⁊ bene
habebunt. Quadam etiam vice rogatus vt
pro quibusdam energuminis pacientibus
orat ipse eis compaciens et lacrimas fun-
dens pro eis orauit ⁊ demones ab illis ho-
minibus fugauit. Ipse etiam in libro vice-
simosecundo de ciuitate dei duo miracula
de se tanꝙ̄ de quodam alio refert dicens.
ꝓponi quandam virginem sanxio que cum
oleo se perunxisset cum pro illa orans pre-
sbiter lacrimas suas stillasset mox a demo-
ne fuisse sanatam. In eodem etiam libro
sic ait. Scio etiam episcopum semel pro a-
dolescente quem non vidit orasse illumqȝ
a demonio curasset. Nullum autem dubiuȝ
videtur quin de se loquatur sed humilita-
tis causa seip̄m noluit nominare. ¶ Item in
eodem libro dicit ꝙ cum quidam infirmus
incidi deberet et de eius morte ob incisio-
nem plurimum timeretur cum infirmus cuȝ
multis lacrimis exoraret cum eo et pro eo
augustinus orauit et sine aliqua incisione
integram sanitatem recepit. ¶ Item cum
augustinus infirmus iaceret. Quidaȝ eger
ad eum venit rogans vt ipsum ab infirmi-
tate curaret. ac Augustinus demum pro eo
orauit et sanitatem recepit. Multa etiā fa-
mosa alia miracula augustinus fecit ex qui-
bus habetur sufficiens testimonium euȝ añ
translatōnem in vita ista placuisse deo. vñ
de eo apte dicitur illud Ecclesia. quadra-
gesimoq̄rto. Ecce sacdos magnus qui ī die-
bus suis placuit deo ⁊c̄. ¶ F ¶ Tercia trāſ-
latio eius fuit corporalis de vna regione
ad alteram. anteq̄m etiam istam transla-
tionem iste doctor gloriosus testimonium
habuit placuisse deo. Et hoc ex vita ⁊ do-
ctrina ac miraculis premissis. Que si non p̄-
cessissent translatores tantam curam ⁊ de-
uotionem ad transferendum eum minime
habuissent. De ista itaqȝ translatione cor-
porali apte exponi potest illud quod scribi-
tur quarti Regum decimoseptimo. Trans-
latus est israel de terra sua ad assirios. Per
israel qui interpretatur videns deum re-
cte intelligitur beatus augustinꝰ qui ī hac
vita subtili mentis acie vidit deum et per
sacre scripture perspicatiue intelligentiam
et per contemplatōnis preclaram sapiam.
Et iam in beata vita vidit eum nude per
essenciam. iste itaqȝ semel israel translatꝰ
est corꝑaliter de terra sua. scilicet de affri-
ca ad assyrios scilicȝ sardinenses. Assyrij eī
interp̄tantur sustollētes. Cū eī affrica circū
circa ciuitatē yponēsem essȝ a barbaris de-
uastata et locꝰ in quo venerabile corpꝰ btī
augustini requieuit nefande gentilitatis et
ydolatrie ritꝰ eēt ꝓphanatꝰ ea tēpestate du-
cēti. xx. epī de affrica ī sardiniam fuerāt ex-
liati. Et quoniam cura fuit deo de seruo suo
augustino ne corpꝰ suū int̄ ꝓphanos ⁊ blas-
femos remanēt. Cor. dē epoꝝ et alioꝝ ca-
tholicoꝝ arte ⁊ igenio factū ē ꝙ corpꝰ tā-
ti doctoris ab yponēsi ciuitate sublatū dīno
disponēte ꝯsilio ī sardiniā cū eis extitit t̄ns-
latū ab obitu suo. anno lxij. p̄die kalendas
Marcij. Et ita sardinēses tanꝙ̄ veri assirij
fuerāt sustollētes tā p̄cōsuȝ thesauꝝ corpis
tā gl̄iosi doctoris. Cūqȝ ibi fere ꝑ ducētos
xxiij. ānos honorifice iacuissȝ ⁊ ꝙ̄plibꝰ mi-
raculꝭ ibidē clarꝰ eēt occulto sȝ n̄ ī iusto dei
iudicō eadē quoqȝ citas saracenoꝝ ī cursu

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0111
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt